Jeronimus ad Julianum
Dyaconum Aquileie

Inculpatur quis quod non scribit amico suo

Antiquus sermo est Mendaces faciunt
ut nec vera dicentibus credatur. Quod michi
ego a te ob ingratum desplentis litterarum accidisse
video. Dicam sepe scripsi. sed negligencia
baiulorum fuit. respondebis omnium non scribentium
vetus est ista excusacio. Dicam non repperi
qui epistolas ferret. dices hinc illuc isse
quamplurimos. Contendebam me eciam illis
dedisse. At quia illi quia non reddiderunt
negabunt, et erit inter absentes incerta cognicio.
Quid igitur faciam. sine culpa veniam postulabo,
Rectius arbitrans pacem loco motus petere
quam equo gradu certamen optare. quamquam
ita me iugis tam corporis egrotacio

Excusat de debilitate corporis et animi sui

quam animi egritudo consumpsit ut morte
imminente nec mei pene memor fuerim
Quod ne falsum putes oratorio more post
argumenta testes vocabo. Sanctus frater
Heliodorus hic affuit qui cum mecum heremum
vellet incolere meis sceleribus fugatus
abscessit. Verum omnem culpam presens verbositas
excusabit. Sed tu quod ut ait Flaccus

[illegible]

in Satyra. Omnibus hoc vicium est can-
toribus inter amicos rogati ut nunquam
canterent. iniussi nunquam desistant. Ita

De cantoribus

te deinceps fascibus obruam litterarum.
ut e contrario incipias rogare ne scribam.
Sororem filiam in Christo tuam gaudeo te primam
nunciare in eo permanere quo ceperat. hic
enim ubi nunc sum non solum quid agatur

Ut si ignorat de actis in patria

in patria sed an ipsa patria perstet ignoro